



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 17. S. Hilarion suos visitat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

missis, solum Candidatum cum mancipiis Sæculum IV.  
suis, & ministris comitantibus retinuit, A. C. 341.  
jamque ex vultu, & oculis, cur advenis-  
set, intellexerat. Erat ille natione Fran-  
cus, quod ex nitido oris colore, & alba  
Cæsarie notabatur, nullam linguam præ-  
ter latinam, & nativam, quæ erat Ger-  
manica, callens. Dum eum Sanctus Sy-  
riace alloquitur, statim ita erigitur, ut  
vix pedibus terram attingeret, & hor-  
rendum vociferans Syriace, & Dialecto  
Palæstinæ respondit, accentum, & aspi-  
rationes accurate pronuntians; tum i-  
psum Hilarion etiam Græce interrogat,  
ut ab Interpretibus suis, non nisi hanc  
linguam, & latinam doctis, intelligere-  
tur; edixit Dæmon, quomodo in homi-  
nem intrasset, seque operationibus magi-  
cis illuc adactum credi volebat; at S. Hi-  
larion: *Nihil interest, quomodo intra-  
veris, sed in Nomine D. N. J. C. impero  
tibi, ut ex eas!* Francus itaque liberatus,  
ut erat vir simplex, S. Hilarioni decem  
auri libras solvere parabat, cui ille panem  
hordeaceum dono dedit, inquiens: *Qui  
tali pane vivere contenti possunt, aurum  
vestrum non pluris, quam terræ lutum  
estimant.*

### §. XVIII.

#### S. Hilarion suos visitat.

Sancti Hilarionis exemplum innume-  
ram Monasteriorum multitudinem in  
omnem

c. 9.

c. 22.

Sæculum IV.

A. C. 341.

omnem Palæstinam invexit, hæc ipse  
tis ante vindemias diebus visitare con-  
sueverat, namque Monachi isti colen-  
vites exercebantur. Omnes fratres  
trem, Monasteria visitantem, comitab-  
tur, portantes annonam, qua subsisteret  
non nunquam ad duo millia convenie-  
bant; sequenti tempore oppidani luben-  
animo vicinis, & notis Monachis victus  
pro sanctis hospitibus conferebant. S. H.  
Iarion nec fratum minimum neglectum  
præteribat, visitationis commentarium  
scribebat, ut sciret, ubi de more dive-  
tendum, ubi transeundum esset. Cum  
semel visitando transiret, venit Eleuth-  
in Idumæa, ea die, qua totus populus  
Templo Veneris ad celebrandum ejus  
stum erat congregatus; nam Saraceni  
hanc Deam propter Planetam ejusdem  
nominis adorabant. Quia S. Hilarius  
e multis obsecris illius Regionis Dæm-  
nes expulerat, cum eum transire sciret,  
turmatim processere Sancto obviam, cum  
uxoribus, & liberis, inclinantes capita  
& clamantes *Barec*, id est Syriace: Be-  
nedic! ipse lenitate, & humilitate Chri-  
stiana omnes recipiebat, obsecrans, ut  
verum Deum adorare mallent, quam la-  
pides. Simul oculis in Cælum elevatis,  
lacrymis disfluebat, &, si in JESUM Chri-  
stum crederent, sæpius se venturum pro-  
mittebat; illi a se discedere passi non sunt,

c. 20.

Inter  
ad  
psit,  
Sed  
ducit  
ris su  
pus,  
singu  
sente  
scand  
Episc  
non  
niant  
dem  
inqu  
torum  
expoj  
none  
sapie  
Sed  
min  
Ne  
hucu  
Hi

ec ipse  
istare co-  
ti colen-  
fratres  
comitaba-  
ubfisteren-  
convenie-  
ani luben-  
his victu-  
ant. S.H.  
neglectu-  
mentari  
ore dive-  
et. Can-  
nit Eleu-  
populus  
um ejus  
Saracen  
n ejusde-  
. Hilariu-  
is Dæm-  
re scirent,  
viam, cum  
tes capita-  
riace: Be-  
tate Chri-  
crans, ut  
quam la-  
e elevatis,  
sum Chri-  
arum pro-  
non sunt,  
ante  
antequam Ecclesiæ ædificandæ typum in Sæculum IV.  
charta designasset, & Sacrificulus eorum, A. C. 341.  
sicut erat profane coronatus, Christia-  
norum Catechumenis fuisset adscriptus.

### §. XIX.

#### *Epistola S. Athanasii ad Orthodoxos.*

Interea S. Athanasius litteras circulares *Athan. to. I.*  
ad omnes Episcopos Orthodoxos scri- p. 943.  
psit, ut scirent, quibus auxiliis Gregorius  
Sedem suam invasisset. In his initium  
ducit ab Historia illius Levitæ, qui uxo- *Judic. 19.39*  
ris suæ, usque ad mortem vexatæ, cor-  
pus, in duodecim partes concisum, ad  
singulas Israelis tribus transmisit. Præ-  
sentem persecutionem temporis illius  
scandalo æquiparat, hortaturque omnes  
Episcopos, ut in hac calamitate Ecclesiam  
non destituant, sed animos, & vires u-  
niant, nec disciplinam labefactari, & fi-  
dem corrupti patientur, *Utraque enim,*  
inquit: *periclitatur, nisi Deus cito tan-*  
*torum criminum pœnas vestro Ministerio*  
*exposcat.* Non heri primum Ecclesiæ Ca-  
nones dati, sed eos a Patribus nostris  
sapienti, & firma traditione accepimus.  
Sed nec fides nostra heri nata, quæ a Do-  
mino per Discipulos ejus ad nos pervenit.  
Ne igitur, quæ a principio in Ecclesiis  
hucusque conservata sunt, in diebus no-  
*Hist. Eccles. Tom. III. Dd stris,*